

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

512

1237/09/13.

Fernando Rodríguez vénelle ó mosteiro de Toxos Outos a súa herdade na vila de Servia, en Sta. Eulalia de Vilacova, por un bo poldro.

B.- Tombo, ff. 141v-142r.

Carta de Fernando Roderici de hereditate de Ceruia.

In Dei nomine. Ego Fernandus Roderici et omnis uox nostra vobis domno Johanni Gundisalui, electus et prior Sancti Iusti de Togis Altis, in Domino Deo eterno salutem, amen. Placuit mihi et mea fuit uoluntas vt facerem uobis cartam uendicionis et donacionis de hereditate mea quam habeo in terra de Luania de auiorum et parentum meorum de auolencia et de ganancia, quam hereditas fuit de trisauus meus Munio Rabinadiz et bisauus meus Petrus Muniz et de auo meo Cresconius Petri et de patre meo Rudericus Cresconii dictus Granion; et ipsa hereditas est in terra de Luania in villa nominata Ceruia sub monte Colou et sub monte Causal Sico inter duos fluuios, scilicet Bunia et Traua, concurrente ad aulam Sancte Eolalie de Villa Coua. Dono etiam uobis et concedo ipsam predictam hereditatem per suos terminos antiquos intus et foris cum casis et casales, et cetera, et cum quanto ad prestitum hominis est pro precio quem de uobis recepi, scilicet unum bonum pultrum, et non tantum pro pultro sed pro remedium anime mee et parentum meorum et pro quo debent mihi fratres ipsius monasterii continere in uita et ad mortem pro me orare et pro parentibus meis; et ipsa hereditas est in villa Ceruia in casali de Costela, et ipso casale faciant inde Ve, et do ego inde unam quintam integrum intus et extra per ubi uudit uocem de ipso casale per ubi eam potueritis inuenire, et de precio nec de robore nichil remansit indebitum. Siquis autem // ex parte mea uel extranea contra hoc meum factum uenerit sit maledictus et insuper uoci regie pectet istam hereditatem duplatam uel triplata et etiam uoci regie CC solidos; carta semper in suo robore permanente.

Facta carta sub era M CC LXX V et quotum idus septembbris.

Q. p. f.: Petrus Gascus, conf. Petrus Arie, conuersus, conf. Fernandus Martini, conf. Gundisaluus Roderici, ts. Petrus Maurinus, ts. Didacus Mudurius, ts.

Anfonsus qui notuit et conf.